



Universitätsbibliothek Paderborn

Meditationes De Præcipvis Fidei Nostræ Mysteriis

Vitæ ac Passionis D.N. Iesv Christi; Et B.V. Mariæ; Sanctorumq[ue] et
Euangeliorum occurrentium Cum Orationis Mentalis circa eadem praxi In
sex partes tributæ

Quæ Meditationes Complectitur circa omnia Christi Domini Acta, ab eius
Baptismo ad finem vsque Prædictionis, Doctrinam, Miracula, Parabolas

Puente, Luis de la

Coloniae, 1612


20. De S. Petri confessione, qua Christu[m] confessus est esse filium Dei
viui.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54633)

exultabit sicut in principio cum afflueret consolationibus. O dilecte mi, lacta ac decipe me sanctâ hac deceptione, ut à mundi fraudibus me eripias, & ad æternam cœlestem requiem perueniam. Amen.

MEDITATIO XX.
DE ILLUSTRATIONE DIVINITATIS
Christi Confessione, quam
S. Petrus professus
est.

PUNCTVM I.



INTERROGABAT IESVS
discipulos suos: *Quem dicunt
homines esse filium hominis?*

PERPENDENDVM
primum Christum Dominum
hanc interrogationem pro-
posuisse, ut ait S. Lucas,

a Matt 16.

13.

a Marc. 8.

27.

I.

b Luc. 9. 18.

cum solus esset orans: ut intelligeretur, non
curiositate, sed necessitate; nec proprii sui
sed nostri commodi causa propositam esse, &
doceret, orationis suæ virtute Petro reuelatâ
esse veritatem, quam suo responso professus
est. & si hoc lumen ego habere cupio, oratio-

c Iacob. 2. 5.

ne illud me obtenturum, iuxta illud Iacobus
c *Si quis vestrum indiget sapientia, postulet à
Deo, qui dat omnibus affluentem, & dabitur ei.
postulet autem in fide nihil habitans.*

II.

DEINDE perpendam, eam interrogationem
à Christo fuisse propositam, primò ut clario-

rem

rem suis discipulis sui notitiam communi-
candi occasionem acciperet: ex qua cognitio-
ne & notitia tanquam ex radice & semine no-
stra salus depender, vti ipsemet factus est, cum
dixit: *Hæc est vita aterna, vt cognoscant te
solum Deum verum, & quem misisti IESVM* d Ioan. 17.3
Christum. Deinde etiam fuit proposita, vt nos
doceret ex hominum dictis & sermonibus
fructum capere. velle enim hominum de
nobis opinionem scire, vt salutis nostræ se-
curitatem in ea constituamus, magnus esset
error: cum Apostolo teste, *e Qui iudicat nos,*
Dominus sit: Non nocet autem imò expedit c 1. Cor. 4.4
sapere eam velle cognoscere; vt scientes, quid
pñ de nobis sentiant, tñ defectus emēdemus,
quos illi in nobis aduertūt; aut eos euitem⁹, ne
verè de nobis dicātur, tñ bona, quæ dixerint,
si fortè non habemus, acquirere studeamus;
aut si habemus, eadem perficere contenda-
mus. hac enim ratione hominum de nobis o-
piniones & iudicia in commodum nostrum
conuertemus.

CONSIDERANDA demum est insignis illa
Christi humilitas, quæ in eo elucet, quod sei-
psum semper *Filium hominis* appellet, quod
nomen tum vniuersis hominibus est commu-
ne, tum ita vile & abiectum iudicatur: vt nul-
lus eo facillè vtatur: cum absque vlla iactan-
tia potuisset speciosiora & gloriosiora no-
mina vsurpare: sed nimirum docere nos vo-
luit humilitatem; & abiectiores vilioresque
titulos, quos iuxta status nostri rationem li-

III.

f *Mat. 23.*
12

cebit, eligere: quia etiã in hoc est verũ; *f qui se humiliauerit exaltabitur*: vt etiã in hoc loco apparet. Nã statim atq; ipse Christ⁹ filiũ se hominis appellauit, Petro reuelauit Pater, esse *filiũ Dei viui*, idq; omniũ Apost. nomine palã cõfess⁹ est. O fili Dei viui: impertire mihi eã humilitatẽ, q̃ dũ hominis filius fieres & humilia filiorũ hominũ amplectereris ostendisti; vt ex hac humiliatione ad filij Dei dignitatẽ p te perueniẽs gloria illa fruar, qua ei⁹ filij gaudẽt. Amẽ.

PUNCTVM II.

I.

DISCIPVLI dixerunt: *Alij Ioh. Bapt. alij autẽ Eliã, alij verò Jeremiã aut vnũ ex Prophetis.*

a *Ioh. 8. 43.*
b *Mat. 11.*
19.

PERPENDENDA hic primũ Apost. prudẽtia in hac respõsione. Sciẽtes. n. Scribas & Pharisæos de Christo dicere, q̃ a *Samaritanus esset, b vorax & potator vini, publicanorũ, & peccatorũ amicus*, & alia huiusmodi mala, nihil tñ horũ retulerũt, sed q̃ magistro suo honorificũ videbatur. hoc nos exẽplo docẽtes, nõ debere iustos aut prudẽtes alijs referre, q̃ eorũ inimici de eis referũt: quia vt plurimũ illa sũt falsa; nec aliũ fructũ adferũt narrata, q̃ q̃ eos, quib. referũtur, ad irã & cõtra inimicos indignationẽ prouocãt: Est itaq; prudẽtiã talia illos celare, nec nugas serere, q̃ lædunt fraternã charitatẽ. & fortasse propterea Christ⁹ nõ quaesit, quem Scribæ & Pharisæi dicerẽt esse filiũ hominis: sed quem dicerẽt homines, hoc est, turbẽ & populus. & S. Luc. ait dixisse Christũ:

c *Luc. 9. 18.*
II.

c *Quem me dicunt esse turba?*

DEINDE perpendendũ, q̃ sit familiare hominibus

nib. imbecilli suæ naturæ relictis circa Dei & Christi Iesu cognitionē errare, siue ob intelligētix stuporē, siue ob aliquā perturbationē, quæ mentis lumen obtūdit, aut ob dæmonis fraudes, quæ verā Dei cognitionē illis auferre studet, vt sub tyrānide sua innumeris peccatis teneat captiuos, iuxta illud Proph. d *Propterea captiuus ductus est popul⁹ meus quia nō habuit scientiā.* hoc est verā fidē & cognitionē Dei, rerūq; ad eius obsequiū pertinentiū. Ex quo magnam hauriā infideliū cōmiserationē, & ignorantiā hac laborantiū. de qb⁹ Apost. ait: *Ignorantiā Dei quidā habent, sed qui ignorat, ignorabitur: quia eū Deus nō agnoscet vt suū, nec ad æternā vitā approbabit. O scientiarū Deus, misere re ignorantiarū nostrarum, impleq; quod promifisti, h replendo terram scientia Domini.*

Perpendā 3. homines, cū circa res Dei & Christi Dñi errāt, plerunq; aliqd illi, qd habet auferre; dū Dei magnalia sui ingenij angustijs aut iudicio suo perturbationi alicui succūbenti metiri conātur. Et ita hic apparet, turbā & plebē Christo abstulisse diuin. dicentē, eū esse vel Ioh. Bapr. vel Eliā. Alij aut perturbationi maiori locū dātes, sapientiā illi auferebāt, dicētes *i quoniā in furore versus est;* aut sanctitātē, *k Samaritanū eū appellātes:* aut potentiā, eius miracula calūniantes, ac dicētes: *l In Be-elzebub principe dæmoniorū eijcit dæmonia;* aut Prudentiā, dū aliquem defectū in eius operibus, ac rerū dispositionib⁹ carpebāt, sicut illi qui in morte Lazari dicebāt: *m Nō poterat hic*

qui

Errores circa Dei & Christi cognitionem.

d *Isai. 5. 13.*

c *1. Cor. 15.*

34.

f *c. 14. 38.*

g *1. Reg. 2. 3.*

h *Isai. 11. 9.*

i *Mar. 3. 21.*

k *Ioh. 8. 48.*

l *Luc. 11. 15.*

m *Ioh. 11. 37.*

qui aperuit oculos cæci nati, facere ut & hic non moreretur? & in hodiernum diem fert Christus a Gentilibus & ab hæreticis & ignaris huiusmodi calumnias: ut dum aliquas ego patior, quia iniuriâ mihi honor auferitur, aut quid simile, Christi exemplo meipsum consoletur.

IV.

QUARTO perpendam etiam aliquos Christianos ob malam suam conscientiam, suis operibus testimonium facere, quod falsas habeant de Deo & Christo apprehensiones, & practicè errent in eius cognitione, dum Deum quendam vel seuerum & implacabilem, qui non metere velit ubi non seminavit; ut piger ille seruus dicebat; vel ita nimium misericordè, ut viuât, licet pro libitu homines, omnia tamen ipse dissimulet: & o *Mentita est iniquitas sibi formans* (ut ait S. Bernardus) *sibi idolum pro eo, quod non est Deus*, ad eum enim à veritate quæ est in Deo alienum sibi format conceptum, ut non sit conceptus Dei veri, sed falsi & idolis, quod *pro nihilo est in mundo*: quia in mundo talis Deus non est, qui sit crudelis, obliuiosus, inexorabilis, personarum acceptor, aut peccata dissimulans, sicut ipsi sibi fingunt.

n Mat. 23.
24.

o Ps. 26. 12.
Ser. 38. in
Cant.

1. Cor. 8. 4

V.

DENIQUE etiam aliqui spirituales, quæ homines sunt, errant interdum practicè in Dei & spiritus Christi cognitione, aliquid eorum quæ ipse habet, illi auferendo: dum Christum sibi aliquem apprehendunt tenacem & certis terminis limitatum, & angustæ suæ apprehensionis optatum. Quidam enim, Christi spiritum

putant

putant esse solum spiritum Ioannis Baptistæ
 seuerum, asperum, valdeque pœnitentem;
 alij solum Eliæ spiritum existimant, zelantē,
 terribilē aduers⁹ peccata & ipsos peccatores;
 alij contra, solum Ieremiæ spiritum iudicant,
 cōpatientē, flebilem, ob peccata & huius mū-
 di miserias; alij, quod solum sit spiritus Pro-
 phetarum, qui in desertum secedebant, aut qui
 populo prædicabāt, aut qui miracula faciebāt
 ea, &c. Et hi oēs valdē sunt angusti, multumq;
 spiritui Christi detrahūt, dū angustū aded illū
 limitatumque sibi proponūt, cum tamen ille
 à Sapiente q̄ *unicus & multiplex* esse prædice-
 tur, vt qui magnam spirituum varietatem, va-
 riosque Deo seruiendi modos complectatur:
 qui tamen omnes in vno amoris & charitatis
 spiritu fundantur, & ad finem vnum, qui est
 Dei gloria, diriguntur. Ex quo intelligam,
 grauem esse errorem, si Christum & eius spi-
 ritum ei spiritui, quē in me ego sentio limita-
 re & accommodare velim, desiderans omnes
 eandem, quam ego sequor, tenere viam: hoc
 enim est limitate & anguste de Deo, & de
 Christi redemptione sentire, qui aliquibus
 quidem est vt S. Ioannes Baptista, alijs vt Elias
 alijs vt Ieremias: his est solitarius, & contē-
 plationi deditus; illis affabilis & actiuus. O
 æterni Sapientia, in quo sunt omnes spiritus,
 quibus sancti omnes tibi placuerunt; illum
 quæso mihi spiritum elargire, quo tibi magis
 placeam; & vnicuique tuorum electorum eū
 etiam concede, qui illis magis expedit. Pur-

q̄ Sap. 7. 22

ga intelligentiam meam ab omni errore, ut talem te cognoscam, qualis tu verè es; & in medio cordis mei in ea te forma habeam, qua verè dignus est.

PUNCTVM III.

a Mat. 16.
15.

DICIT a illis Iesus, vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus, dixit: Tu es Christus filius Dei viui.

I.

PERPENDENDVM hic primùm Christum Dominum nostrum cùm audiisset quid homines de seipso sentirent, voluisse etiam cognoscere, quid ipsi discipuli sentirent, dicens, vos qui plusquam homines estis, ob celestè quam audiistis doctrinam, & vitæ quæ estis professi altitudinem, quæ me esse dicitis? hoc dixit, non quod ignoraret quid ipsi sentirent, sed ut hac occasione accepta, illos excitaret, & in fide suæ diuinitatis cõfirmaret. Ad Christi ergò imitationem, ingressus in cor meum ab anima mea percunctabor, tu quæ dicis esse Christum? quid de eo sentis? quid de eius bonitate ac misericordia? de eius sapientia & omnipotentia? quid sentis de eius humilitate & obedientia? de virtutibus, quas exercuit, in ea abiectione, quam ut tibi subueniret accepit hæc autem mihi ipsi dicam, ut me ad alitè sentiendum de Christo, eiusque virtutibus prouocem, magna de his opinione & æstimatione concepta, me ipsum simul reprehendendo, ob defectum quem in hac re animaduerto.

II.

Secundò perpendam, quamuis hæc interrogatio

gatio

gatio omnibus esset proposita, solum tamen Petrum respōdisse, ob duas causas. Altera fuit quod in Christi amore & obsequio feruētior esset; in omnibus. n. quę magistri sui honorem concernebant, diligentissimus erat ac primus. Cuius imitatione, conabor inter bonos excellere, & primus esse, in ijs quę spectant obsequiū diuinū, quamuis simul etiam studere debeo in meis oculis esse vltimus, propter humilitatē, vt si in feruore sū primus, id fiat absque meo detrimento. Altera causa fuit, quod Deus Dominus noster, cū illum tā benè dispositum ad sua dona suscipienda videret, singulari & extraordinaria luce illum illustrauit, vt Christi magnalia cognosceret, quare à lumine illo abreptus, reliquos discipulos præueniens, omnium illorum nomine respondit, *tu es Christus filius Dei viui*. Præpara te anima mea, feruore magno, ad seruiendum tuo dilecto, qui dicit, *b qui habet dabitur ei & abundabit*. Tene quod accepisti, eo que magnā vtere diligentia, quò gratiæ suæ dona Deus in te multiplicet.

TERTIO perpendam singula, illustris huius confessionis verba seorsim. Primum fuit, *tu es*, atq; si diceret, tu qui Filium hominis te appellas, tu de quo homines dicunt esse Ioannem Baptistam, aut vnum ex Prophetis, tu qui noster es magister, & qui nos in tuos discipulos elegisti, tu es qui es, & es ipsum esse per essentiam, à quo, quidquid esse habet dependet. Secundum verbum fuit, *c Christus*

Dei

b Mat. 13.
12. & 23. 29

III.

c Luc. 9. 20.

Dei, atque si diceret, tu es Christus, & *Christus Dei* hoc est, tu es ille Messias Iudæis promissus, & *desideratus cunctis Gentibus* tu es Rex Israel, Rex regum & Dominus dominantium. e *Tu es summus sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.* Tu summus ille es f *Propheta, quem omnes audire debent.* g *Dā. 9. 24* Tu es g *unctus sanctus sanctorum,* h *Quem Deus unxit oleo lætitiæ, præ consortibus tuis.* Hæc omnia complectitur nomen Christi, quod unctus significat, & eminenter conuenit nostro Saluatori, in quo simul dignitates eorum inueniuntur, qui ungebantur, quæ sunt prædictæ.

Tertium fuit, *Filius Dei uiui,* atque si diceret, non tu es quicumque Christus, sicut sunt puri homines, sed es Filius Dei, non adoptiuus, sed naturalis Filius Dei uiui, qui quod minus sit, habet nobilissimam uiuentium operationem, quæ est sibi simile generare, & ita te Deum uiuum sicut ipse est genuit, & porro infinitum, immensum, æternum, omnipotentem, sapientem, & bonum, immo sapientiam ipsam & bonitatem. Ad hæc omnia & multo plura S. Petrus cœlesti lumine penetrauit, & ore confessus est, quando hæc uerba est prolocutus, & licet, S. iohannes Baptista & Nathanael, & alij hanc confessionem fecissent, eisdem ferè uerbis, excelluit tamen S. Petrus, eadem, insigni feruore, magna reuerentia, ac deuotione dicendo. Et eodem spiritu studebo ego illa proferre, & exultans ob redemptoris mei excellentias supplicabo lumen illud mihi concedi.

cedi, quod S. huic Apostolo fuit communicatum, vt viua fide, eoq̄ue modo dicam, qui illi placeat.

PUNCTVM IV.

RESPONDENS autem a Iesus dixit ei, *beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus qui in cœlis est.* a Mat. 16. 17

PERPENDENDVM hic est, quam fuerit grata Christo Domino, hæc aded illustris S. Petri confessio, & qua ratione, eandem ipse confirmauit, approbavit, & hunc S. Apostolū propter illam exaltauit. *Primū* enim beatū illum appellat, quia ex hac cognitione & confessione, coepit eius felicitas, & nostra incœpit, quia initium est, vt aliàs diximus, *beter- na & beata vita.* *Secundō* vocauit illū *Simonē*, quod obedientem significat, & filium *c Ioannis*, quod significat gratiam, aut Iona, quod Columbam significat, vt ostenderetur hac confessione aded nobili, se Deo obedientem ostendisse, à quo fuerat ipsi reuelata, & filium ipsius gratiæ, & Spiritus sancti qui illam inspirauit, & in eius virtute, futurum se obedientem legi gratiæ, & plenum Spiritu sancto, cum magna diuinorum donorum plenitudine. *Tertiō*, dixit, *quia non reuelauit tibi caro & sanguis*, quia neque fides hæc, nec supernaturalia dona, quæ ab illa procedunt, cognosci possunt, aut hæreditate, siue donatione carnalium parentum haberi; neque propria industria aut instructione hominum car-

I.

b Ioan. 17. 3

II.

c Ioan. 21. 15

III.

III. part. Medit.

S

narium,

d 2. Cor. 3. 5. *si quidem d non sumus sufficientes cogitare aliquid huiusmodi à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est.*

IV.

c Iac. 1. 17.

f Iob. 6. 44.

g Osea. 11. 4.

Quarto dixit, sed reuelavit Pater meus qui in cælis est, quibus verbis confirmat, se esse Filiū Dei viui, cuius Pater in cælis est, & huiusmodi veritates ex mera gratia reuelat, ad gloriā Filij sui, & ad ipsorum hominum vtilitatē. Qui propterea e Pater luminū appellatur. ab eo. n. oēs veræ illustrationes procedunt, quibus ipse Filius; eius cognoscuntur. O Pater cælestis, ob amorē illum, quo Filium tuum vnigenitū prosequeris, supplex oro, vt illustres animā meam, vt assequar, quod caro & sanguis assequi non possunt, Et quandoquidē nemo ad Filium tuum venire potest, nisi tu qui eum misisti, eum traxeris, g Trahe me in vinculis caritatis, vt ei obediā sicut debeo, & Fili' existēs obediētis, filius quoque sim tuæ gratiæ, per Spiritū S. quē illis communicas, qui tecum sunt in caritate.

PUNCTVM V.

MOX Christus adiunxit: *& ego dicō tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram adificabo Ecclesiam meā, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claves regni cælorum, & quodcūq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis, & quodcūq; solueris super terram, erit solutum & in cælis.*

PERPENDENDA hic sunt splendida illa & gloriosa promissa, quæ Christus Dominus noster,

noster, fecit S. Petro, vt appareat quā liberali premio De^s afficiat etiā in hac vita obsequia quæ illi præstantur, & quam illi sint felices, qui feruenter illi seruiunt, primi^q; esse contendunt, in ijs quæ ad ipsius obsequium pertinent, propterea beatus hic Apostolus, quatuor singulares fauores præ suis condiscipulis obtinuit.

PRIMVS fauor fuit, quod nomen valdè gloriosum illi imposuit, dicens *tu es PETRVS*, quasi dicere vellet, tu de me dixisti, quod sim Filius Dei viui, ego verò implere nunc volo verbum, quo aliquandò tibi dixi, a *Tu vocaberis Cephaz, quod interpretatur Petrus*, quare ex nunc volo te in posterum Petrum appellari. Et quoniam nomina à Christo Domino imposita, non sunt inania, sed plena veritate, quam significant, ideo hoc nomine Apostolo huic imposito, participem eum fecit, virtutum, quas nomen Petrus à petra (*b qui est Christus*) deductum significat, sibi^que ipsi in hoc similem, quod est esse Petram fundamentalem Ecclesiæ, & in fortitudine & constantia, & reliquis preciosi fortisque lapidis virtutibus.

IDEOQUE adiungit *secundam* excellentiam dicens, super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, quasi diceret, ego qui per excellentiam sum *sapiens ille homo, qui domum suam ædificat super petram, ne descendens pluuia & venientia flumina, aut flantes ventis eam subruant* ædificabo Ecclesiam meam

I.

a Ioan. 1. 42

b 2. Cor. 10.

II.

c Cor. 3. 11.

vniuersalem super me, qui lapis sum fundamentalis, & fundamentorum omnium *fundamentum* & simul etiam eandem super te tanquam super firmam petram fundabo, tribuens tibi dignitatem capitis, omnium fidelium vniuersalis, qui in te, & confessione viuæque fide tua innitentes superædificabunt domos suarum conscientiarum, quos tu in fide, religione sanctæque legis meæ obedientia confirmabis atque stabiles.

III.

d Mat. 16.
18.

Tertius fauor siue excellentia fuit securum eum reddidisse de perseverantia & inuicta huius petræ, & huius ædificij fortitudine, dicens, etiam si portæ inferi omninò pateant, exeatque omnes inferni potestates ad eam oppugnandam, *d non praualebunt aduersus eam, & quæuis pluuia descendant & flumina, & ventus tribulationum huius mundi & carnis irruant in domum illam, non cadet, quia fundata est super petram*, omnipotentiam .s. sapientiam, & protectionem ipsius Christi, qui est viuæ petra, qui domum illam defendet, & firmitatem dabit illi petræ, qui est Petrus, & eius successoribus, quæ ipsius sunt vicarij, ne in hac fide deficient,

IV.

Quartus fauor fuit, quo dixit *& tibi dabo claues Regni cælorum* quo eius portas hominibus aperire & claudere possit, hoc est, dabit illi clauem Scientiæ, vt veritates quæ in sacris literis latent, hominibus declaret & aperiat, clauem etiam potestatis ad remittenda peccata, quæ ingressum in cælum impediunt.

Quæ

Quæ omnia Christus impleuit, vt medit. 9. &
 13. part. 5. apparebit, vbi etiam harum promif-
 sionum præstantia expendetur, propter quas,
 maximas agam gratias, tanquam mea iudicâs
 beneficia Apostolo huic sancto collata. Non
 enim hæc priuilegia tam in ipsius vtilitatem,
 quam totius Ecclesiæ, sunt illi collata, & mei
 ipsius, qui fructum ex eis ita capio, atque si
 pro me solo fuissent concessa. Gaudebo quo-
 que ob huius sancti excellentias, cupiens il-
 lum quantum licebit imitari. O gloriose A-
 postole, gaudeo de nouo hoc nomine, hodie
 tibi imposito & noua dignitate quæ tibi pro-
 mittitur, sit ergo faustum & felix, quod factus
 sis Petra fundamentalis Ecclesiæ, terribilis
 dæmonibus, & clauiger æthereus, Angelis &
 hominibus amabilis, ora supplex eum Domi-
 num qui fundamentalem te petram cõstituit,
 vt me iuuet ad vitam meam, super eam pe-
 tram extruendam, ita vt portæ inferi aduer-
 sum me non præualeant. Aperi mihi tuis
 istis clauibus Cœli portas quas ipse mi-
 hi clausi, claude verò portas inferi, quas ego
 aperui, quo ab omni culpa expeditus,
 ingrediar tecum regnum Cœlo-
 rum, in quo fruam Dei glo-
 ria. Amen.